Göttweig, 2. Viertel 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36549
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



omis hereticorum sermo ad hoc edificatur ut corruat.
Erat autem docens eos. Et potestatem habens non ut
scribe eorum & farisei. Illi enim ea docebant populos
que scripta sunt in moysi & prophetis. Ihesus quasi deus
& dominus ipsi moysi publicauit uoluntatis suae uel ea
que minus uidebantur addebat in lege. uel commu
tans predicabat in populo. ut supra quoque legimus. Nic
tum et antiquis. Ergo autem dico uobis. xviii. iiii.
Cum autem descendisset de monte
secuti sunt eum turbe multe. & ecce leprosus uenit et
adorabat eum. De monte domino descendente occurrunt
turbe. quia ad altiora ascendere non ualuerant. &
primum ei occurrit leprosus. Hic dum enim poterat cum
lepra tam multiplice in monte saluatoris audi
re sermonem. Et notandum quod hic primum specialiter
curatus sit. Secundo puer centurionis. Tertio socrus
petri febriens in capharnaum. Quarto loco quia
oblati sunt ei ad temonio uexati quoque spe uerbo
eiecerat. quando & omnes male habentes curauit.
Et ecce leprosus uenens adorabat eum dicens. Ecce
et post predicationem atque doctrinam signum offerre occa
sio. ut puritatem miracula preterit apud audien
tes. sermo firmet. Domine si uis potes me mun
dare. Qui uoluntatem rogat. de uirtute non dubi
tat. Et extendens manum ihesus tetigit eum dicens.
Volo. Mundare. & extendente manum domino statim
lepra fugit. simulque consideratio quam humilis & sine
iactantia responsio. Ille dixerat si uis. dominus respon